

perii. Similiter et de Gallis pro Fonteio. Est autem potentissimum, si ab unius persona deflectatur intentio iudicum, ut publico nomine \*recenseant testibus moleste haec obsequia tolerantibus.

5 In aerario nihil habent civitates, nihil in § 20. vectigalibus.

Ἀπὸ ... materiam nullam habuisse praedandi Flaccum in istis civitatibus, quas invenerit opibus exhaustas et quae nec versuram fecisse nec viritim tributum contulisse dicantur.

10 Quam vero falsas rationes in tabulas inferre soleant.

Sollertissime invigilavit, ne quid Graeci etiam tabularum recitatione firmarent. ... Praemittit hanc insimulationem, ut, si quod instrumentum probationis attulerint, 15 pro falso accipiatur, et confirmat hoc ... interponendo auctoritatem Cn. Pompeii et Hypsaei, quorum litteris indicabatur perfidia Graecorum. Et statim sub eodem ... in clausula ponitur eos, qui de Pompeio et Hypsaeo mentiti sint, nec de insimulanda Flacci innocentia potuisse dubitare.

20 Triduo lex ad praetorem deferri iubet. § 21.

... lege enim cavebatur, ut accusatores de pecuniis repetundis omnia instrumenta tabularum et intra diem